



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

98. An Sacerdos in nocte Natiuitatis domini possit tres Missas ante auroram celebrare? Ex part. 2. tract. 14. res. 35. ibid.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# Atque de SS. Euchar. Sacr. Ref XCVII. &c. 55

serit Caramuel in *Theolog. fundam. fundam.* 30. §. 13.  
num. 15.

6. Nota etiam hic obiter aliam singularem opinionem supradicti Hisron. Columbi *vbi supra* c. 62. n. 24. vbi sic ait; Ex his iam satis patere potest responsio ad omnes rationes quotundam qui falso ac metaphorico illo suo stipendijs nomine, & principio negant vnicum Missæ Sacrificium sufficere posse pluribus, qui singuli diversis temporibus mobilia, vel immobilia bona Ecclesiæ contulerunt, aut signillatim Sacerdoti simul obolos tribuant cum onere celebrandi. Nos autem stipendijs nomen ab hoc ministerio penitus, atque penitus interdicimus, ac iuxta Christi Euangelium asserimus pro multis offerri hoc Sacrificium, ab eoque neminem sponte aliquid offerentem excludi posse, atque adeo eorum dona, & munera, & Sancta sacrificia illibata à Sacerdote pro singulis offerenda esse, quæ singulis iuxta singulorum pietatem, ac Religionem proficiant.

7. Et sic ex dictis iam pariter refutata manet DD. quorundam opinio indiscreta, qui falsis eiusmodi suis fundamentis innixi, putant, ut cum Sacerdos rogatus ab aliquo pro eo obtulit Sacrificium, si iste fortasse nihil ei tribuat, huic posse à Sacerdote citari apud iudicem pro mercede. Sed qui talis indigna faceret, est quidem, me iudice, dignus suspensione ab executione Sacri Ministerij, quoia ita vilipendit. Ille autem qui ei non aliquid tribuit, hoc solum pro persona ferret, quod nullus impotens Sacerdotum pro eo aliquid sponte daret. Missa nempè obligatio sponte interpretatur, non coacta. Vnde Sacerdotis qui in suis ritibus, aut capellis quomodo docunque prouisus de hostiis, & vino & cera celebrant, si sapienter in novello offertorio regentur à laicis pro se Missas age, indignum videtur velle ab eis in exteriori indicio aliquid extorquere. Ita ille.

8. Sed aliqua ex his causa legenda sunt, ne dicam amplius, sunt enim contra torrentem omnium DD. & contra Praxim totius Ecclesie, quam Columbus non veretur improbare, sed prorsus est rei sciendus.

## RESOL. XCVII.

*An in nocte Nativitatis Domini Sacerdos nolens celebrare omnes ires Missas, sed unam tantum, possit relinquere primam Missam, & dicere secundam, & si placuerit tertiam?*

Eadem est ratio, si Sacerdos unam Missam vellet celebrare in die. Ex p. 2. tr. 14. Ref. 39.

§. 1. **A**liqui forsan negantur sententiam amplexandam esse putabunt: sed affirmatiuam docuit Zanardus in direct. Theol. p. 1. de Euchar. cap. 9. 9. 7. Vgolinius de potestate Episcop. cap. 16. n. 5. Petrus Ledesma in sum. tom. 1. de Sacram. Euchar. c. 19. p. 9. concl. quem postea sequitur est Villalobos in sum. p. 1. tr. 8. diff. 22. n. 3. & quia codex Iarbus est, ponam eius verba. [Verdad es que se podria decir de noche qualquiera de las tres Missas, que es cosa accidental decir esta, o aquella.] Et eadem ratio militat, si Sacerdos unam Missam vellet celebrare in die, tunc enim posse dicere tertiam, vel secundam Missam; quidquid Gauantus putet dicendam esse vel primam, vel tertiam, & potius tertiam, cuius Oratio cum Officio concordat. Ita ille in comment. ad Rubr. Miss. tom. 1. part. 4. cit. 3. num. 6.

## RESOL. XCVIII.

*An Sacerdos in nocte Nativitatis Domini possit tres Missas ante auroram celebrare? Ex part. 2. tr. 14. Refol. 35.*

§. 1. **N**egatiuè responderet Villalobos in sum. p. 1. tr. 8. diff. 22. n. 3. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. cap. 5. §. 7. n. 3. Vgolinius de potestate Episcop. c. 16. n. 6. Fagundez de praecept. Eccl. str. 1. lib. 3. c. 16. n. 3. Petri de Ledesma in sum. tom. 1. c. 19. concl. 9. fol. mibi 128. Didacus Nugnus in 3. tom. 1. q. 82. art. 2. ver. sed est dubium, fol. mibi 504. Miranda in manuali p. 1. q. 40. art. 8. concl. 2. Nauarr. in sum. c. 25. n. 5. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 2. de sacrif. Miss. q. 2. dub. 1. concl. 3. Syluest. Ang. Tab. Acta. ver. Miss. & alii. Probatu hanc opinio, nam in Rubr. Missalis ita statuit. Secundò, quia in ipso Canone dicitur communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes, pro prima Missa; pro aliis vero duabus dicitur, & diem sacratissimum celebrantes. Hanc etiam opinionem docet Acosta in expositione Bulla Cruc. q. 32. & Squillante de oblig. cler. p. 1.

2. Sed mihi contraria sententia semper visa est probabilius, & illam sapientius in praxi consului. Vnde miror à Nugno *vbi supra* improbabilem vocari. Sed iste author nimis audacter in censoribus opinionibus legit, maximè sapientissimi P. Suarez, qui nostram rueret sententiam in 3. tom. 3. diff. 80. fol. 4. quam sequitur etiam nouissime Putcanus in 3. p. 9. 83. art. 2. Layman lib. 4. tr. 5. c. 4. n. 4. Valq. in 3. p. 3. 10. 3. diff. 2. 32. c. 3. n. 3. Reginald. in praxi. tom. 2. c. 9. fol. 1. lib. 4. n. 134. Coninch in 3. p. 9. 83. a. 2. dub. 4. n. 21. 8. Sylvius in 3. p. 9. 73. art. 2. Mollesius in sum. tom. 1. tr. 3. c. 1. o. 7. 22. Zanardus in direct. Theol. p. 1. Euchar. c. 9. 9. 7. Scorzia de sac. Miss. lib. 2. c. 15. n. 5. Ratio est quia in c. nocte sancta de consecr. diff. 1. absoluè conceditur, ut nocte Nativitatis Missæ celebrentur sine vila distinctione.

3. Ad primum argumentum contraria sententia responderetur cum Valquez, quod praedictæ rubricæ intelligendæ sunt de Missis conuentualibus & solemnibus, ut priuata Missa de nocte post medianam nocte dicatur, secunda in aurora, tercia vero in plena die. Ad secundum argumentum responderetur cum Suarez, non obstat, quid in prima Missa dicatur, communicantes, & noctem sacratissimam celebrantes, non item in duabus, reliquis, sed, communicantes, & diem sacratissimum celebrantes; quia in diuino Officio recitatione, verba non referuntur semper ad tempus in quo dicuntur, sed in illud pro quo representando & commemorando dicuntur: vnde etiam si in prima Missa dicatur, & noctem sacratissimam venerantes, nemo tamen negat, quin talis Missa priuata dici possit in plena die luce.

4. Malè igitur, vt dicebam, hæc opinio tot authoribus, & rationibus fulcita improbabilius à Nugno vocatur, est enim probatissima & tutissima in praxi, quicquid etiam in contrarium post hæc scripta inueni sensisse Bonacinan de Sacram. diff. 4. q. 7. ultim. puncti. 9. num. 9.

## RESOL. XCIX.

*An in nocte Nativitatis Domini Missæ tres dici possint ante auroram?*

*Et author à quadam impugnatione defenditur, quod nimis grauitat erit lectoribus.*

*Et docetur non esse peccatum mortale afferendum, nisi aetus veritatis clara, & præceptum clarum.*

E 4 Et